



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta Ta Hellēnisti Heuriskomena

Origenes

Coloniæ, 1685

Capitis tertii partitio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79842](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79842)

- A X. Cæterum verimili videtur simillimum, Lucianum ipsum, & Hesychium cum *novellu* emendabant, ut Origenis imitabantur studium, ita emendationis rationem tenuisse, & obelis ac asteriscis *novu* distinxisse, eique Theodotionis lacinias affuisse. Cum enim certum sit, Egyptum ac Syriam Hesychii & Luciani editionibus esse usas; nec minus certum sit quæ in regionibus usurpabantur editiones *novu*, obelis fuisse & asteriscis signatas, plane hinc efficitur Hesychii & Luciani editiones notatas fuisse obelis & asteriscis. Hieronymus in Proemio Comment. Daniel. *Sed & Origenes de Theodotionis opere in Editione Vulgata asteriscos posuit, docens defuisse quæ addita sunt; & rursus quosdam versus obelis prænotavit, superflua quæque designans. Cumque omnes Christi Ecclesia, tam Græcorum, quam Latinorum, Syrorumque, & Aegyptiorum, hanc sub asteriscis & obelis editionem legant, ignoscant invidi labori meo, qui volui habere nostros, quod Græci in Aquile, & Theodotionis, ac Symmachi editionibus lætiantur:* & in Epistol. 89. ad Augustinum, cap. 6. *Vis amator esse verus Septuaginta Interpretum? non legas ea quæ sub asteriscis sunt, imo rade de voluminibus, ut Veterum refutorem probes: quod si feceris, omnes Ecclesiarum Bibliothecas damnare cogeris; vix enim unus aut alter invenitur liber, qui ista non habeat.* Quippe vix ulla reperire erat Hieronymi ætate exemplaria, quæ non vel ab Origene, vel à Luciano, vel ab Hesychio fuissent correctæ. Cum itaque vulgata omnia exemplaria infedissent asterisci & obeli, nec ulla fere essent in usu, quam quæ tres illi castigatores emendaverant, sequitur ita distinctos fuisse ipsorum Codices. Cujus discriminationis quosnam assignare par est auctores, præterquam Lucianum ipsum, & Hesychium, quod ab Origene primum fuerat inventum imitantes postmodum & excolentes? Quin & ad Editiones quoque Latinas pervenit ejusmodi *signis* nam Hieronymus in Epist. 89. ad Augustinum, c. 6. Latinae suæ *novu* interpretationi asteriscos quoque & obelos sese addidisse testatur.
- B Ex his porro Græcis editionibus, vel eanempe quæ erat in Hexaplis, sive Eusebiana, vel Lucianea, vel Hesychiana, hodiernæ nostræ omnes videntur prodisse: hac enim, ut ait Hieronymus, trifaria varietate totus orbis compugnabat; Vulgata vero omnium inquinatissima pene obsoleverat. Cum autem in Veteres illas magnam constet investam esse confusionem ex librariorum oscitantia, dum vel obelorum & asteriscorum notationem negligunt, vel eos suis non adscribunt locis, negari non potest impuras esse recentiores Editiones *novu*, & vitiatas, utpote quæ ex antiquis illis prodierunt. Nam etiam si profectæ essent ad Hexaplis, in quibus scribit Hieronymus, fuisse Septuaginta emendata & vera exemplaria; Hieron. in *Unia* 18. transmissa sunt, editionem adulterant & corrumpunt. 11.
- C D

CAPUT TERTIUM.

ORIGENIS SYNTAGMATA.

Capitis tertii partitio.

E **G**emina sectione absolvitur istud caput: Priore singula Origenis Syntagmata, quorum memoria superest, enumerantur: altera agitur de Origenis Syntagmatis quæ extant, deque vetustis libri *novu* *ἀρχαῖν* interpretationibus.

SECTIO PRIMA.

SINGULA ORIGENIS SYNTAGMATA, QUORUM MEMORIA SUPEREST, ENUMERANTUR.

F **I.** Recensentur Origenis Syntagmata ab Eusebio commemorata. **II.** Ex his aliqua expenduntur accuratius; ac primum libri de resurrectione, **III.** *ἑρμηνεύσεις*, **IV.** De martyrio, **V.** Dialogi, **VI.** Epistolæ, **VII.** Interpretatio Ebraicorum nominum Novi Testamenti, **VIII.** Liber de oratione, **IX.** Disputationes adversus Hæreticos, in iisq. *Parvus* Labyrinthus. **X.** Queritur, quid sint Origenis Monobiblia, & quid ipsius pro se Apologia à Vincentio Bellovacensi commemorata. **XI.** Philocaliam quoque in Origenianorum operum censu ponimus.

Euse-